

Ammonius Alexandrinus summus Philosophus et præceptor  
 Origenis Aeginum sapientiae auditorem habuisse dicitur,  
 laebo de studijs Poëticis, quibus Aeginus ita delectabatur  
 ut tabulam licet esuriens (ita enim à Polyhistoro tra-  
 ditum est) Poëticas audiendo disciplinas neglexerit,  
 projecto innumeros etiam ratione præditos mortales  
 longo post se intervallo relinquere uidebat, traditur qui-  
 dem a prisca fide <sup>quod</sup> Cleanthes noctu aquam hausit, ut  
 interdum studijs uacare posset, Anaxagoras quoq; omne  
 patrimonium suis concessisse, et rem omnem publicam  
 et priuatam neglexisse, ut Philosophia uacaret, dicitur  
 Euclides Megarensis, cum disciplina Socratica percupis-  
 set, neq; tamen Athenas (ubi profitebatur Socrates)  
 ingredi, quod capite sancitum foret, si quis Megaren-  
 sium Athenis, aut Atheniensium Megaris propter mutuum  
 odium deprehenderetur, sub noctem tunica ablona  
 et muliebri indutus ad ipsum Philosophum ~~conuenit~~  
 conuenit, ut uel noctis tempore confilioru sermo-  
 num eius particeps fieret, si hi laude sua non sunt  
 spoliandi, quis Aegino nostra maxima denegabit  
 encomia? reliquit Cleanthes somnum, Anaxagoras patri-  
 monia, et res priuatas et publicas, summa adijt pericula  
 Euclides ut audiret Socratem, at facile est relinquere